imponunt enim pœnam illis quos iudicare volunt, vt iudicent: populares verò mercedem ſtatuunt pauperibus. Confert & hoc idem circa conciones agere. melius enim deliberabunt, ſi omnes conſilio interſint, populus quidé cum nobilioribus, iſti autem cum populo. Confert etiam per electionem aſſumi eos, qui deliberaturi ſunt, vel per ſortem æqualiter ex partib. ciuitatis. Confert etiam ſi plurimum excellat multitudo plebis eos qui ſunt in gubernanda republica peritiores, vel non omnibus mercedem tribuere, ſed quantum reſpondet numero nobilitatis, vel ſortiri plures. In paucorum verò gubernationibus, aut eligerem quoſdá ex multitudine, aut tale aliquid conſtituere, quale eſt in quibuſdam ciuitatibus, quos appellant præcōſultores ac legum cuſtodes, ac de his ſolummodo rebus ad conſilium referre, de quibus iſti antè deliberauerint. Per hunc enim modum populus interueniet in deliberādo, nec tollere quicquam de republica valebit. inſuper aut illa decernere poterit populus, aut nihil contrarium illis, quæ præponentur: vel conſiderandi quidem omnes participes facere, deliberandi verò magiſtratibus poteſtaté relinquere. Et oppoſitum eius facere, quod fit in populari ſtatu. populi enim decretum in condemnando ratum non ſit, ſed ad magiſtratus rurſus referatur. quod contra fit in popularibus. magiſtratus enim abſoluendi, domini ſunt omnino: condemnandi verò non, ſed ad populum habetur recurſus. De conſultando igitur & deliberando, eiúſque poteſtate, in hunc modum determinatum ſit.

CAPVT XV.

Conſequens his eſt circa magiſtratus diſtinguere. habet enim & hæc pars differentias multas: quótque magiſtratus eſſe, & quarum rerum authoritatem habere oporteat, & pro quo tempore ſingulos: (nam alij ſemeſtres, alij breuiores, alij annuos, alij diuturniores ſtatuunt magiſtratus:) & vtrū oporteat eſſe perpetuos, an ad longum tēpus, aut neutrum, an multoties eoſdem, aut non eundem bis, ſed tantum ſemel: & præterea circa conſtituendum magiſtratus, ex quibus oporteat creari, & à quibus, & quomodo: de his enim omnibus oportet poſſe diſtinguere quot modis fieri poſſet, & qui quibus conferant gubernationibus reipublicæ. Eſt autem nec hoc

A τάττουσι γὰρ ζημίαν τούτοις, οὓς βούλονται δικάζειν, ἵνα δικάζωσιν· ἡ δὲ δημοκρατία, μισθὸν τοῖς ἀπόροις. τοῦτο δὲ καὶ περὶ τὰς ἐκκλησίας ποιεῖν· βουλεύσονται γὰρ βέλτιον κοινῇ βουλευόμενοι πάντες· ὁ μὲν δῆμος, μετὰ τῶν γνωρίμων· οὗτοι δὲ, μετὰ τοῦ πλήθους. συμφέρει δὲ καὶ τὸ αἱρετοὺς εἶναι τοὺς βουλευομένους, ἢ κληρωτοὺς ἴσως ἐκ τῶν μορίων. συμφέρει δὲ κἂν ὑπερβάλλωσι πολὺ κατὰ τὸ πλῆθος οἱ δημοτικοὶ τῶν πολιτικῶν, B ἢ μὴ πᾶσι διδόναι μισθὸν, ἀλλ' ὅσοι σύμμετροι πρὸς τὸ τῶν γνωρίμων πλῆθος, ἢ ἀποκληροῦν τοὺς πλείους. ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, ἢ προαιρεῖσθαί τινας ἐκ τοῦ πλήθους, ἢ κατασκευάσαντας ἀρχεῖον, οἷον ἐν ἐνίαις πολιτείαις ἐστὶν, οὓς καλοῦσι προβούλους, καὶ νομοφύλακας· καὶ περὶ τούτων χρηματίζειν, περὶ ὧν ἂν οὗτοι προβουλεύσωσιν. C οὕτω γὰρ μεθέξει ὁ δῆμος τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ λύειν οὐδὲν δυνήσεται τῶν περὶ τὴν πολιτείαν. ἔτι ἢ ταὐτὰ ψηφίζεσθαι τὸν δῆμον, ἢ μηδὲν ἐναντίον τοῖς εἰσφερομένοις· ἢ τῆς συμβουλῆς μὲν μεταδιδόναι πᾶσι, βουλεύεσθαι δὲ τοὺς ἄρχοντας. καὶ τὸ ἀντικείμενον δὲ τοῦ ἐν ταῖς πολιτείαις γιγνομένου δεῖ ποιεῖν. ἀποψηφιζόμενον μὲν γὰρ κύριον δεῖ ποιεῖν τὸ D πλῆθος· καταψηφιζόμενον δὲ, μὴ κύριον· ἀλλ' ἐπαναγέσθω πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. ἐν γὰρ ταῖς πολιτείαις ἀντεστραμμένως ποιοῦσιν. οἱ γὰρ ὀλίγοι, ἀποψηφισάμενοι μὲν, κύριοι· καταψηφισάμενοι δ', οὐ κύριοι· ἀλλ' ἐπανάγεται εἰς τοὺς πλείους αἰεί. περὶ μὲν οὖν τοῦ βουλευομένου, καὶ τοῦ κυρίου δὴ τῆς πολιτείας, τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

E

Κεφάλαιον ιε.

Ἐχομένη δὲ τούτων ἐστὶν ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς διαίρεσις· ἔχει γὰρ καὶ τοῦτο τὸ μόριον τῆς πολιτείας πολλὰς διαφοράς· πόσαι τε ἀρχαὶ, καὶ κύριαι τίνων· καὶ περὶ χρόνου, πόσος ἑκάστης ἀρχῆς· οἱ μὲν γὰρ ἑξαμήνους, οἱ δὲ δι' ἐλάττονος, οἱ δ' ἐνιαυσίας, οἱ δὲ πολυχρονιωτέρας ποιοῦσι τὰς ἀρχάς· καὶ πότερον F εἶναι δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀιδίους, ἢ πολυχρονίους, ἢ μηδέτερον· ἀλλὰ πλεονάκις τοὺς αὐτοὺς, ἢ μὴ τὸν αὐτὸν δὶς, ἀλλ' ἅπαξ μόνον. ἔτι δὲ περὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἀρχῶν, ἐκ τίνων δεῖ γίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τίνων, καὶ πῶς. περὶ πάντων γὰρ τούτων δεῖ δύνασθαι διελεῖν κατὰ πόσους ἐνδέχεται γενέσθαι τρόπους· κἄπειτα προσαρμόσαι, ποίαις ποίας πολιτείαις συμφέρουσιν. ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο

διορίσαι